Prope Tibur, ante mausoleum Plautiorum, cf. N. 921 (XIV 3608 vidi ipse). — Plautium Aelianum cum stirpe M. Plautii Silvani, qui mausoleum aedificavit, nescio quo modo coniunctum ex scriptoribus memorat solus Tacitus hist. 4, 53. — 1) Ani. *vocabulum dudum periit, servatum apographis factis saec. XV.* — 2) *Cf. Tac. l. c.* — 3) *Significatur legio dicta Alaudarum.* — 4) *A. 43 et 44.* — 5) *Consul suffectus fuit a. 45 (X 825; Eph. ep. 5 p. 204).* — 6) *Proconsul Asiae videtur fuisse primis temporibus Neronis.* — 7) *Legatus Moesiae videtur fuisse et fines provinciae protulisse (cf. infra not. 10) a. 57, quo tempore Tyranos provinciae Moesiae accessisse constat (cf. supra N. 523 not. 8).* — 8) *Scr.* partem magnam *(aut paullo post* missa*). Pars exercitus missa in Armeniam aut legio quarta Scythica fuit initio ut videtur principatus Neronis, aut quinta Macedonica paullo ante a. 62 e Moesia in Armeniam translata.* — 9) *Cogitatione supplendum:* regi *(vel* regibus*); pro* fratrum *scr.* fratrem *(vel* fratres*).* — 10) *Dicere voluit qui haec scripsit, rebus illis gestis ab Aeliano et pacem provinciae confirmatam et fines prolatos esse.* — 11) *Scr.* rege *(aut paullo post* summovit*).* — 12) *Significatur Heraclea Chersonesus. De rebus ab Aeliano in Moesia gestis a Tacito ne verbum quidem fieri notabile est.* — 13) in *bis positum, errore quadratarii.* — 14) *Videtur significari, Aelianum missum in Hispaniam legatum pro praetore, revocatum esse ad praefecturam urbis.* — 15) *Notanda in oratione Vespasiani insectatio Neronis.* — 16) *Morâ (casu sexto).* — 17) *Iterum consul fuit suffectus a. 74 (tessera edita ab Henzeno ann. inst. arch. 1859 p. 5).*

---

987 [*A. Larcio A. f. Lepido*[1] | *sevi*]r. equit. Rom., [*trib. mil. leg. .. Ad*]iut., Xvir. | [*st*]litib. iudic., quaes[*t. pr. p*]r. provinciae | [*C*]retae et Cyrenar[*um, leg. i*]mp. Vespasiani | [*C*]aesaris Aug. leg. X Freten[*s., donato*] donis mili[*taribus* | *a*]b imp. Vespasiano Caesar[*e Augusto et*] T. Caesare Aug. f. | [*b*]ello Iudaico corona murali vallari aurea hastis puris | [*duab. v*]exillis duobus, tr. pl., leg. provinc. Ponti et Bithyniae, | [*C*]aecinia A. f. Larga uxor et | [*La*]rcia A. f. Priscilla filia fecerunt.

Antii rep. saec. superiore (X 6659, solus descripsit Marinius). — 1) *Supplevit R[illegible] Iournal des savans 1867 p. 93 seq., item Mémoires de l'académie des inscrip[illegible]t belles-lettres vol. 26, I (1867) p. 269—321, adhibito loco Iosephi bell. Iud. 6, 4, [illegible]bi inter duces a Tito Hierosolyma obsidente ad consilium convocatos nominatur [illegible]rcius Lepidus legatus legionis decimae.*

---

988 . . . .
hic in omn[*ibus honoribus candidatus*]
Caesarum [*fuit*].
hunc imp. T. Caes[*ar Vespasianus*]
triumphaturus [*de Iudaeis donavit*]
coronis[1] muralib[*us II coronis vallaribus II*]
[*c*]oronis aure[*is II hastis puris . . . totidemque*]
vexill[*is*].

Carthagine (Letaille gazette archéol. 1887 p. 60 cf. Schmidt mus. Rhen. 1889 p. 483). — *Ad Sex. Vettulenum Cerealem, legatum legionis quintae Macedonicae bello Iudaico (Ioseph. b. Iud. 3, 7, 32. 6, 4, 3. 7, 6, 1 cf. 3, 7, 34. 4, 9, 9; Mo. Eph. ep. 4 p. 499), refert Schmidt, probabiliter.* — 1) *Dona militaria accepit non solita, sed duplicia, fortasse propter res antea gestas in Armenia, ubi legio quinta Macedonica paullo ante fuerat (vide N. 986 not. 8) (Mommsen).*